



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 15. Novi tumultus argumentum in Sorbona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

illud,
animi
Martii
firma
Regi
& spu
debant
cas suo
cepta
cultas
scopo
m &
rtates
et. H
entus
onem
Docto
ceban
decre
n po
rve il
creto
geniof
seran
t, al
decre
ultatis
m ac
ultate
is hu
alpa
mum,
non

non alio ex fine Constitutionis inscri-
ptionem a Facultate fuisse decretam,
nisi ad acceptandam observandamque
eandem Constitutionem, aliunde vero
Rex non modo inscriptionem, sed juxta
hujus Constitutionis, quam robur ha-
bere voluit, doctrinam in Sorbona do-
ceri præcepisset, nihilominus inquieti
Doctores hac super cavillatione sua
deliberari, a Facultate petierunt.

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

§. XV.

Novi motus in Sorbona argu- mentum.

Sub idem tempus de la Rue Sorbonæ Doctor ac Syndicus, expleto Syndicatus sui biennio die prima Octobris officii sui Successorem eligi, sibique pro more literas bene gestorum testes tradi petiit, cui etiam prævalentibus turbidorum suffragiis suffectus est Hyacinthus Ravechetus: Hic vero non modo hasce literas Syndico denegabat, sed etiam duodecim designabat censores, qui in Syndici gesta inquirerent, & primo die Mensis Novembris desuper referrent. Obstiterant ex Doctoribus nonnulli, atque inter eos Vivantius Doctor palam ceteris objectabat, quod non tam Syndicum, quam Constitutionis acceptationem a Facultate fa-

F 3

ctam

Sæc. XVIII. Etiam impetere molirentur: Favebant
A.C. 1715. etiam priori Syndico Regius Procura-
tor, & supremus Curiæ Præses, qui
Ravechetum asperis oppido verbis eo
adegerunt, ut saltem Cenforum rela-
tionem ad diem primam Mensis Decem-
bris differre cogeretur. Insuper Aure-
lianensis præfatam relationem sibi tradi,
& huic negotio interim supersederi præ-
cepit, veritus, ne turbidi hi Doctores,
quod Facultas Constitutionem non ac-
ceptarit, declarandi ansam inde arri-
perent. Habentur ergo die secunda
Decembris Sorbonæ comitia, in qui-
bus Humbelotus senior Sorbonæ Doctor
gravibus verbis exposuit, quod novus
Syndicus die quarta Novembris ob de-
latum sibi officium grates repensurus,
orationem habuerit, in qua non pauca
summo Pontifici, Clero Gallicano, de-
functi Regis memoriæ, & Aurelianensi
Administratori injuriosa protulisset,
unice eo intentus, ut Constitutionem
Unigenitus a S. Facultate *una voce* ac-
ceptatam impugnaret: Arrepta inde
occasione Ravechetus vehementer ex-
candescens, adversus hunc Doctorem
actionem constituit, eumque de ca-
lumnia & contumelia postulans petiit,
ut omissis omnibus aliis negotiis, de
ejus expostulatione deliberaretur, nec
prius ex Aula discederent Magistri,
quam

quam hæc caussa fuisset absoluta. Ergo Sæc. XVIII.
præsente adhuc Humbeloto datur ini- A. C. 1715.
tium, ast Chartonius antiquior Sorbonæ
Doctor cum pluribus aliis censuit, scri-
ptotenus exhibendum esse Humbeloti
sermonem, ut de eo judicium ferri pos-
sit: prævaluere autem ceteri, qui abs-
que ulteriori mora Humbeloti querelas
omnino contumeliosas, injuriasque esse
pronuntiarunt. Fertur ergo sententia,
qua præfatus Doctor a comitiis, cun-
ctisque sui Magisterii functionibus ex-
cluditur, donec palam revocasset, &
humillime veniam petiisset: falsum
quoque est, subjunxit novus Syndicus,
quod Constitutio *una voce* fuerit ac-
ceptata: ut vero suis verbis fidem faceret,
ad quævis audenda projectus ex charta,
in qua conclusio lata die secunda De-
cembris erat descripta, hæc verba *una voce*
delevit, totque lituris deformari
atque eradi curavit, ut ne vix hodie
hæc verba amplius legi possint: Hæc
agendi ratio summopere displicuit Ben-
tivoglio Papæ Nuntio, qui desuper que-
stum ad Aurelianensem venit; qui ta-
men novi hujus tumultus caussam in
Jesuitas, eisque adhærentes conjiciens,
Quesnelistas jam a se quidem fuisse
coercitos, a Jesuitis vero rursus lacef-
fatos fuisse ajebat: Denuo Nuntius Ad-
ministratorem rogabat. ut Facultatis

F 4

deli-

Sæc. XVIII. deliberationi saltem hæc verba : ^{una}
A. C. 1715. *voce* inseri juberet: id equidem Dux no-

vo Syndico & Magistro Dupino insi-
nuavit, his autem novorum motuum
periculum caussantibus, Facultati con-
cessit, ut si Humeloti factio sese oppo-
neret, Doctores contra hosce turbato-
res sententiam pronuntiare valerent,
prævie tamen ab eis Dux sciscitaba-
tur, an Pontificis anathema haud re-
formidarent? ad quod ambo respon-
derunt, sibi longa experientia esse com-
pertum, quod injustæ excommunica-
tiones nequidem aerem verberarent.
Igitur die quinta Decembris rursus ha-
bentur comitia, in quibus refractarii
Facultatis Doctores suam declaratio-
nem die secunda Decembris factam con-
firmarunt, reclamantibus Humbeloto,
Clavello, aliisque Doctoribus, qui op-
ponebant, quod I. quæstio, an Consti-
tutio sit acceptanda, necne, agitata
non fuerit, sed Syndicus duntaxat de
Humbelotti querelis deliberari petierit.
II. Quod de his querelis potior Docto-
rum pars deliberarit, & duntaxat eo-
rum pauci Constitutionem a Facultate
non fuisse acceptatam asseruerint. III.
Quod sententia fuerit lata *ultra petita*;

cum Humelotus non dixerit tantum
Constitutionem fuisse receptam, sed
cum addito: *una voce*, & circa hæc

postre-

postrema verba, non autem circa ipsam
Constitutionis acceptationem declaratio
fieri debuisset. His subjunxit Tourne-
lius Doctor, Facultatis decretum anni
prioris Mense Martio editum reformandi
jus Facultati non competere, utpote
auctoritate Regia factum. Nihilomi-
nus tamen Facultas declaravit, falsum
esse, quod ea Constitutionem accepta-
rit, hanc quoque suam declarationem
imprimi curavit, & Doctores, qui se
ei opposuerunt, a privatis & publicis
conventibus exclusit. Ast hi Doctores
ab ipso Hexaplorum auctore, illis certe
non suspecto, falsitatis arguebantur;
ipsemet enim veritatis manifestæ ponde-
re pressus fatebatur, quod quingenti vi-
ginti quinque Doctores hanc Constitu-
tionem acceptarint, & nonni si viginti
duo dissenserint, & quod eadem Facul-
tas die decima Martii Anno 1714. suum
decretum additis terminis: *approbatio-*
nis & obedientiæ confirmarit: Tam in-
digna agendi ratione suminopere of-
fensus Cardinalis Rohanius, se Sor-
bonæ membrum fuisse erubescens, Do-
ctoratus sui diploma non sine maxima
indignatione remisit, Nuntius quoque
Apostolicus jamjam Avenionem sece-
dere parabat, ab amicis tamen suis re-
tentus, Aurelianensem iterato rogabat,
ut Facultatis declarationem ad acta

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

F 5

re-

Sæc. XVI! l. referri prohiberet; non minus Cardi-
A. C. 1715 nalis Biffyus contra Sorbonam exca-
duit, doluitque, Universitatis gloriam,
splendoremque una die penitus fuisse
obscuratum. Ceterum gravissimæ hu-
jus controversiæ successum ad sequen-
tem annum differimus.

§. XVI.

*Ravecheti Syndici Epistola ad quem-
dam Hispaniæ Doctorem.*

*Refut. de
Mem. t. 2.
pag. 348.*

Postquam Ravechetus Facultatis Sy-
dicus potissimum suffragia, qui-
bus recta Humbelotum, per latus vero
ipsam Constitutionem petebat, ad suas
partes pertraxerat, velut de insigni vi-
ctoria triumphans Facultatis conclusio-
nem typis mandatam in Hispaniam ad
Didacum de Castell Regalis Alcalæ
Abbatem & Complutensem Doctorem
transmisit, adjecta sequenti Epistola.

„Cum codices nostros, non solum
„illusterrimis Hispaniæ Episcopis sed
„etiam omnium Clarissimis Theologis
„Professoribus, & Magistris legendos
„obtulerim; hoc ipsomet officio erga
„Te fungi nequaquam dubito. Hac e-
„nim in disputatione ea est mens, ut
„veritas inquiratur, & cognoscatur.
„Nec ignoras, quam multi ex una, ut
„ita dicam, domo, exeant contra nos
„libri,